

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ieiunium a
cum fonte primo

Ieiunium magnum et generale est
abstinere ab iniquitatibus et illicitis
uoluptatibus seculi quod est perfectum
ieiunium.

Augustinus super Iohannem.

Ieiunium autem magnum et generale est,
abstinere ab iniquitatibus et illicitis
uoluptatibus saeculi quod est perfectum
ieiunium:

ut abnegantes impietatem et saeculares
cupiditates, temperanter, et iuste, et pie
uiuamus in hoc saeculo.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis*
euangelium tractatus CXXIV., 17, 4
(CCSL 36, R. Willems ed., p.172, ll.21-
25).